

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De lamiis et phitonicis mulieribus

Molitoris, Ulrich

[Reutlingen], nicht vor 10. Jan. 1489

[urn:nbn:de:bsz:31-296690](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-296690)

12

Tractatus ad illustrissi-
mum principem dñm Sigismundū archiducem austriae.
Scribitur carinthie etc. de lanijs et phitonicijs mulieribus per
Ulricum molitoris de constantia studij papientis. decreto
rum doctorem et curie constantien. causarū patronū. ad ho-
norem eiusdem principis ac sub sue celsitudinis emendatio-
ne scriptus

Epistola

Excellētissime pnceps

et dñe. dñe archiduce colendissime. hūilis vlrice^o
molitoris de constantia doctor. tue celsitudinis se
se in obsequiū offert. Cū itaq; supiorib; annis pestis quarā
dam laniarū et incantatricū. terras tue excellentie. inuasisse
diceret. Itaq; cum nonnulli tuo sub imperio mulieres d' hu-
iusmodi heresi suspecte ea pte forent. apud q; torturam inter-
rogate. varia responderent vñ d' tuis consilijs. varia. ea de
re inter se opinantib; vno quippe in illam. altero nempe in
aliam partem declinante. tandē apud tuam clemētiam meā
memoria incidit. Itaq; pro inrita tua auaritate. veritatem
cognoscendi. per tue dignationis cōsules demandatū susce-
pi. vt quid ego in ea re sentirem. id tua excellentie. sili officio
designare non omitterem. Verum quāuis istius laboriosus
et periculosus sit. laboriosus quidem mihi in alijs occupa-
to. et victum querere curanti. Periculosus autem propter
inuidos et detractores: qui cuncta que nequeūt imitari nō
tū cessant calumniari. et que ipi sua inertia experiri non po-
tunt: venenoso dente veluti sereger hircus. lacerare nō omi-
tunt. Quāuis insuper ista materia preclaros etiā doctores
in dubiū aduocauerit. Artū dignum existimaui quia p tua
excellētia corpusculi mei mēbra tuis obsequijs obtinco. de
vincula eius etiā si que sunt animi vires possideas vt dum ce-
terioris hominis pres sese ad tua deuēnt obsequia. debilis
quoq; et rudis intellectus meus ad tue celsitudinis gliam

a ij

non dormitet. Opus itaq; presens sub tua tuorumq; sapiē-
tissimorum consulum correctione: presertim clarissimi vi-
ri canradii surzel veriusq; iuris doctoris ac tue precellente
maximi secretarij. cuius quippe correctioni hunc tractatum
specialius submiti. Quonia eundem priscais temporibus in
preceptorem et magistrum locum habui. Eloquentie etiam ele-
menta iurisq; sententias adhuc iuuentis suxi. hodieq; suge-
re desiderem. vt sic aggressus sum. Etem cum apud priscais
oratores dyalogus plerumq; aliquā iocundioris delecta-
tionis afferri extimatum est. id circo presenti in tractatu per-
viam dyalogi imo trilogi procedere decreui: Verum quia
multa ea de re disputatione digna cum prouido et prestan-
ti viro Cunrado schatz huius inclite ciuitatis mee constan-
tien. plurimum annoz pretoze. et magistratum gerente viro
vriq; speculato et facundia florēte recessit. q̄ tanq; pretoz hmoi
mliet p̄fessiones didicit. Itaq; ipm p̄ntem dyalogū seu try-
logū sub tuo excellētissimo ipsiusq; cunradii et meo nomib⁹
expedire arbitrat⁹ sum. id circo sub benignitatis venia. ad
materiam accedēs. Quas dā q̄stiones p̄ clari hui⁹ materie di-
sciendas premisi.

Capitula presentis tractatus

CPrimo vtrū ex facto laniaz et incātriciū ad cooptōe de-
monū possint puocari grādies et p̄uine ac pluuie i lesioez tre
Secō vtz lanie et incātrices possint ad iutorio dyaboli
hominibus et infantibus nocere ac morbos eisdem inferre
eos demq; debilitare

Tercio vtrū possint hoīem etiam cōiugali instatu consti-
tutū ad coeundū inficere et im potentem reddere

Quarto vtrum possint hoīm ymagines et faces eorū in
alias formas immutare

Quinto vtz incātrices et lanie possint sup baculū vinctū
v̄l sup lypū seu aliud animal eq̄rare et ad sui p̄uiniū ludum de
loco ad locum traduci vbi bibant et cōmedant ac mutuo se
cognoscant atq; delectentur

Sexto vtrum cum talibus & maleficis mulieribus possit
dyaolus incubando in forma hominis comisceri

Septimo vtrum ex tali coitu sit possibile generari filios

Octa vtrum incantatrices et phitonice mulieres ad iu-
torio de monu possint secreta scire et consilia principum re-
uelare. ac futuros euentus predicere

Nono vtrum iusto iudicio possint tales malefice & scelerate
mulieres comburi vel alijs supplicijs affici

*Exorditur itaq; clementissimus
archidux Sigismundus austriae*

Sigismundus fidelis nobisq; dilecte doctor Ulri-
ce qm singulari fauore ob tua in nos merita te prosequimur
idcirco presenti de materia tecum pre ceteris disputare de-
creuimus **U**lricus Illustrissime princeps q; uis
gratum sit vt pro tua in me clementia me dignum inter di-
sputandum fore iudicaueris attamen. ecce. ad est. **C**unradus
schartz. pretor mee ciuitatis. vir utiq; ingenio prestans con-
uersationeq; argutus consodalis meus. placeat igitur eius
industriam hac de re prius experiri **S**igismundus
placet nam et eundem consilio maturu: conuersationeq; fa-
cerum noui Idcirco quia nobis sermo de lanianu et incanta-
tricum maleficis habendus erit Itaq; querendum primo
duri. Vtrum ex facto lanianum possint prouocari constra-
pluue et grandines **C**unradus Quamuis in huius
modi difficultate que etiam doctissimos viros p disculsiõe
terzeri solet. me inscium putem. iuxta verbum socratis. qui
solitus fuit dicere. se hoc solu scire. qd nesciret attamen. ne
videar elementis principis monitis no ad quiescere loquar
pauca vt inritudem mouendi maior **S**igismundus
Dic igit **C**unradus Apud phi tritum est sermo-
ne prouerbiu. vt fama qua omnes famant. non omnino per-
dat. fama autem comunis est. q; ipe strige tonitrus & gra-
dines effecerint magnaq; damna segeribus & homibus in-
a iij.

rulerint. Ex confessione quoque earum in tortura facta. se talia
fecisse et modum faciendi tradidisse comperit est. **Sig-**
mundus At ego nude fame non intendo. facile enim. die/
tum. sequitur vulgus. nec confessione torturali satia bor. cum
metu tormentorum quis inducitur quoadque ad positendum id
quod in rerum natura non est. Verum ea que oculis non con/
spicimus. auctoritate. tum vel concludenti ratione percipi/
re desideramus. nam recta disputatio. auctoritate et ratione
concluditur. **Ulricus** profecto experientia in decidē/
dis causis contemptibilis non est. cum experientia dicatur
esse rerum magna. ut dicitur in c. ubi pichm delec. li. vi. vñ tritū est
apud populos puerbum exprobrede ruberto. **Signu-**
dus Ad offendendum igitur quod lane maleficis mulieres
nihil sciunt. me istuc mouet. videlicet. Nam si talia iste male/
ficus mulieres scirent. et efficere possent. non esset opus pri/
cipibus. temporibus belli clientulos. militesque conducere. qui
in terras hostium iruerent. agrosque deuastarent. Incendunt
domos et villas concremarent. Verum satis esset. talem mu/
lierem phitonicam aduocare. eidemque saluum conductum
addicere. et hortari quatenus super hostium terras illis ma/
ledicta mulier grandines fulmina et tempestates pronoca/
ret. ac ut sic hostium terram preclitare moliretur. **Item** quia vi/
demus. quod ipse talia facere non possunt. etiam si vellent. ad/
faciendumque etiam si a principibus. quod tamen absit. inducere/
tur. unde inferendum censeo. ipsas talia facere non posse. **Pre-**
terea ex fide habemus solum deum stellatum et elementorum esse gu/
bernatores. qui legem pati sidera iubet. et qui iuxta **Boetium**
in libro de consolatione. perpetua mundum ratione gubernat.
stabilisque manens dans cuncta moueri. quomodo igitur mu/
lie res lane adiutorio demonum illum summum motorem. qui cer/
ta ratione cuncta gubernat. in huiusmodi suo motu impedi/
re et in alium motum dirigere possent. **Lunradus**
Ponderanda quidem est magni principis ratio. Sed non mi/
nus ponderandum est. illud quod **Exo. capi. viij. dicitur** Na qua/
nis **Moyse** ante faciem pharaonis regis egipti multa signa

et prodigia fecisset. nihilominus malefici talia similiter effe-
cerunt. qui incantationibus suis aquas in sanguinem verte-
runt. et ranas super terram produxerunt. **E**cce igitur ex sacra scri-
ptura veteris testamenti clarere. quod malefici adiutorio de-
monum aquas turbant. quia eas in sanguinem verterunt
et agros prediaque ranis considerunt. **I**tem libro primo Job.
capi. p. legitur. quod dyabolo procurante. ventus vehemens irruit a
regione deserti. et concussit quatuor angulos domus. quod cor-
ruens oppressit liberos Job et mortui sunt. ecce quod dyabolus
procurante sua aerem provocavit. puerosque oppressit. dicit etiam eodem
libro dyabolus fulmina ignis provocasse: **D**icit enim textus
Ignis dei cecidit de celo. et traxit oves puerosque consump-
sit. **I**tem Job. in apocalypsa. ca. vij. ait. **P**ost hec vidi angelos stan-
tes super quatuor angulos terre. tenentes quatuor ventos
terre. ne flaret super terram. neque mare. neque in vllam arborem: et vi-
di alterum angelum ascendente ab ortu solis habentem signum dei
vini. et clamavit voce magna. quatuor angelis quibus datum est
nocere terre et mari dicens. nolite nocere terre neque mari. neque
arboribus quousque signem. seruos dei in frontibus. **S**ig-
mundus **D**octor qui sunt illi quatuor angeli quibus Iohannes ait
esse datum ut possint nocere terre. **U**lricus **S**unt dyabo-
li **S**igmundus **A**ppellatur dyabolus angelus **U**-
lricus **I**ta nam dyabolus ibidem et etiam alibi sepius angelus dicitur. quod
etiam missus a deo. ut ibi dicit glossa ordinaria **S**igmundus
forte Iohannes hec in spiritu vidit. dicit nobis sue visionis
exemplum. **C**unradus dignissime princeps non opus est ex-
emplis. dum res ante oculos facta existit. ut audisti a malefi-
cis contra pharaonem. et a gestis Job. **S**ic igitur hec facta fore leguntur.
igitur etiam fieri posse. quod dubitatur. **U**lricus de illo
passu in fine ex post clarius loquamur

De nocentis et morbis
hominibus et infantibus illatis

a liij



Sigmundus Quia de corruptione et turbatione elementorum nobis sermo est. non incomperenter querere dum duximus Si. etiam hominibus et maxime infantibus morbos inferre. et ad iuroriorum demonum eisdem nocere possint.

Curadus Audiu a plerisque mulieribus quomodo pueris incunabulis lacribus varie egritudines acciderunt. nunc quippe illi puero natus apparuit curuatur nunc alteri oculus erutus. quodque maledicere mulieres quam dogque comprehense asseruerunt in toruraque recognouerunt ob inuidiam parentum se talia pueris auxilio demonum irrogasse.

Sigmundus Audisti quod confessionibus talibus per merum extortis non saturaber. quid igitur aliud rationis seu auctoritatis in medium adducis.

Curadus Iam superius pro auctoritate in n. p. Job cognouimus quod dyabolus filios eiusdem. ventum perouocando oppressit. et mortui sunt. Dignetur itaque audire beatum Augustinum. xxi. li. de ciuitate dei ca. xvij. dum ait. Prosusque scriptum est graue iugum filios Adam a die exitus de ventre matris eorum usque in die sepulture. matrem omnium usque a deo impleri est necesse. ut ipsi paruuli per lauacrum regenerationis ab originali peccati quo solum tenebantur vinculo tam soluti multa patientes nonnulli incursum spirituum malignorum paciantur. Ecce quod Augustinus sentit pueros incursum demonum pati. Item beatus Hieronimus ad paulam de dormitione breuissimè in epistola ait Quid cause est. ut sepe binoli et trinoli. ac vbera materna lactantes a demonio eorum puniuntur. Ecce igitur sacra scriptura et sanctorum patrum auctoritate ostensum esse dyabolum potestatem quandoque habere corrumpendi pueros et infantes eisdemque nocendi.

Sigmundus Locuti modo sumus de infantibus. quid igitur in senibus et adultis.

Curadus Multos vidimus senes claudicantes et contractos: qui asseruerunt ex maleficio illarum maledictarum istis istuc euenisse.

Sigmundus Quid autem sentit scriptura

Aug.
 Hieron.

Lunradus In legenda sanctorum Simonis et Jude legitur. quō corā rege babilonie zaroch et Arphar malefici fuerunt constituti. qui ipsius regis oratores et rethores mutos et claudos atq; cecos effecerunt. ac visus et gressum eisdem denuo reddiderunt. ecce aperuim testimonium. q̄ malefici nocere possunt hominibus etiam senibus. ac claudos et cecos facere et rursus eosdē sanare. **Sigmundus** Vnanq; oratores quibus huiusmodi maleficia euenerunt pagani exiterunt. et in christum non crediderunt. nec signo crucis muniti fuerunt. **Ulricus** Prudenter loqueris o inclite princeps. quoniam in eadem legenda canitur. q̄ postquā dicti oratores et rethores in christum crediderunt. et per apostolos signo crucis muniti fuerunt. dicti māgi eisdem vltra nocere non poterant. quāquā magi ipsi irritati iterato eisdem nocere attēta sūt. **Lunradus** Aie aye quomodo igitur poterat dyabolus nocere Job. qui eundem grauissimo vlcere percussit. adeoq; eundē leuit. vt in fimo iacens vir suspirare potuerit. vt legitur in libro Job et tamen ipse Job erat vir sanctus in voluntate dei vt testatur scriptura ambulans. Item in legenda sancti Anthonij legitur quomodo demones eundem valde grauiter percusserunt. qui tamen vir sanctus et deo placidus fuit. ecce ergo ex his constare. demones super sanctos etiam viros potestatem nocendi eisdem habuisse. Si igitur viros sanctos. turbare potuerunt. cur igitur et alijs de quorum sanctitate nobis non constat nocere non possent. **Sigmundus** Ex his magis atq; magis hesitare incipio quid igitur sentiendum sit audire desidero. **Ulricus** Sine modo. prope finem quid sentiendum sit latius de hoc et alijs loquamur. **Sigmundus** Ex priori dubio oritur aliud. Utrum possint hominem in cōiugali statu existētem inficere et ad coeundum impotētem redere. **Lunradus** Vidimus plures puleros socios qui in coitu. paucū aut nihil valuerūt. imo qui p̄ptas v̄pores carnaliter

cognoscere nō potuerunt asserentes et maleficio hoc q̄ is cō-
 rigisse. **Sigmundus** Multi multa loquuntur
Ulricus Profecto canones in hoc consentiunt. as-
 serentes per maleficia fieri posse vt homo qui a natura frigi-
 dus non est. ad coeūdum inhabilis reddatur. itaqz in decre-
 tali spēalem titulum de frigidis et maleficiatis habemus.
 vnde **Dysmarus** etiam papa. in c. **Si per sortiaris**. xxxij.
 q. p. ait. **Si per sortiaris atqz maleficas artes occulto** Set
 nunquā dei iniusto iudicio permittente. et dyabolo prepara-
 te concubitus non sequitur. hortandi sunt. quibus ista eue-
 niunt. vt corde contrito et spiritu humilitatis. deo et sacer-
 dori de omnibus peccatis suis puram confessionem faciant
 ꝛc. Ecce dicit enim textus preparante dyabolo concubitus
 non sequitur. Et quāuis pro decisione hui⁹ d. **ad creden-**
dum satis foret canon. quia canonum cons. **atōes** ab omni-
 bus debent approbari. vt dicitur in can. pmo. de consuetu.
 nihilominus tamen hoc idem astruunt doctores. Unde **bea-**
tus Thomas in. iij. super sententijs distin. xxxij. ait: q̄ ex
 maleficio potest quis esse impotens ad vnam. et non ad alia
 Itaqz **domin⁹ hostiens** in sūma libro. iij. rubrica. xvij. d. fri-
 gidis et maleficiatis dicit aliquando maleficiantur homi-
 nes ita q̄ redduntur per sortilegium impotentes omnibus
 preterquā vni. Aliquando etiam maleficiatur adeo vt nō
 possit cognoscere vxoꝝem. sed omnes alias. **Sigmun-**
dus Animum meum hec mouent quia mira sunt. nam
 cum coitus a natura nobis detur admirandū certe erit quo-
 modo dyabolus cursum nature impedire nobis ignoranti-
 bus possit. **Ulricus** Nam et ego **vlricus** ad decem
 et octo annos in curia constantiensi causarum sui patronus
 aduocatus prout hodie sum. et huiusmodi. causas frigidita-
 tis et maleficij in practica plures habui: vbi mulieres accu-
 sabant coram iudice maritos de impotentia coeundi.
Sigmundus Quid igitur decretū fuit in talibus

causis. ¶ **Ulricus** Decreuerunt iudices viros taliter
infectos medicis curie huiusmodi iuratis ostenderese de-
bere pro examine medicorum faciendo. ¶ **Sigmundys**
Quid inde. ¶ **Ulricus** Itaqz plures comperi p me-
dicos curie iuratos inspectos quos ipsi medici asseruerunt
natura non frigidus. sed sortilegio maleficiatos esse
¶ **Sigmundys** Et quid super huiusmodi medicoru
examine finaliter sententiarum exiit. ¶ **Ulricus**
Decreuerunt itaqz iudices partes ad triennium mutuo coha-
bitare debere opus carnis huiusmodi attendendo. quodqz
largiores in ieiunijs et elemosinis forent vt deus qui insti-
tutor est matrimonij huiusmodi maleficium ab eis auferre
dignaretur Verum quia de huiusmodi articulo opinionem
meam in fine cum procedentibus dubijs laetius declarare in-
tendo. Interim ad alia dubia te conuertere si velis poteris
¶ **Sigmundus** Quarta enim uero fuit questio.

**Utrū possint facies hominū
in alias formas imutare &c.**




Ulricus Quid tibi dignissime princeps. videtur
Sigmundus **Q**uod non **U**lricus Quo hoc
 asseris mortuus **S**igmundus Dicitur enim in decre
 to in ca. episcopi: p. vi. q. v. ubi inquit textus. quisquis ergo
 credit posse fieri. aliquam creaturam. aut in melius aut in de
 terius imitari. aut transformari. posse in aliquam speciem aut
 in aliquam similitudinem. nisi ab ipso creatore qui omnia fe
 cit. et per quem omnia facta sunt. infidelis est. et pagano de
 terior. hec textus **L**unradus Canonici namque aduersa
 ri non intendo. Sed que apud historiographos me legisse
 memini recitare cupio. Quid igitur ad Virgilium dicitur
 qui in bucolicis egloga octava recenset quod dum Ulixes su
 is cum socijs a troya exulando. ad circe reginam declinasset
 ipsa quoque circe hospites tales suscipiendo pocula malefica
 eis de minimistrasset. itaque ipsi hospites postquam venenata po
 cula bibissent. in animalium diuersarum specierum conuer
 si sunt. hic namque in lupum. alter in aprium. alius vero in leo
 nem **S**igmundus fabulam recitas. poete fini
 rerunt quibus non creditur **L**unradus Ser
 te poete rejiciendi non sunt. Nam celsus lactantius ait poe
 tas historias scripsisse. Sed sub occulto figmento velasse:
 Arramen hanc recitat Boetius doctor catholicus in libra
 quareo de consolatione. et ait
 Uela naritij ducis
 Et vagas pelago rares
 Euris appulit insule
 Pulcra qua residens dea
 Solis edita semine
 Miscet hospitibus nouis
 Tacta carmine pocula
 Quos ut in varios modos
 Tertit herbipotens manus
 Dunc apri facies regit
 Ille marmaricus leo

intuebatur: existimabat Simonem magum videre. Ecce igitur q̄ per maleficas artes vir sanctus erat immutatus.
Sigmundus forte pro tunc faustianus cathecuminus fuit. nec dñm baptisatus a petro. vel deus hoc ideo permisit. vt dolus Simonis magi proficeret in gloriam petri prout factum fuit. **L**unradus Quocunq; modo permissum extiterit. artem ex historia claret q̄ facies eius p̄ maleficiū immutata fuit. Itē in historia beati Petri recitatur qd̄ cum Simon magus ante faciem Neronis imperatoris staret eius effigies subito mutabatur vt modo senior modo adolescentior videbatur. In eadem quoq; historia legitur q̄ Simon magus hircum in speciem hominis scilicet ipsius simonis mutauit. fertur enim Simonem Neroni dixisse. vt scias optime imperator me filius dei esse. tūc me decollari. et tertia die resurgam. Precepit ergo Nero carnifici. vt decollaret eum qui cum putaret Simonem decollare. decollauit arietem Simon autem arietis membra recolligens. fecit illa tribus diebus abscondit. tertia vero die ostēdit se Neroni dicens. fac sanguinem meum abstergi qui effusus est. quoniam ecce ego qui decollatus sueram. sicuti promisi tertia die resurxi. Nero vero his visis obstupuit. et eū filium dei esse putauit. **S**igmundus bone doctor quid tu afferis in medium. **U**lricus Maiorum doctorum testimonia in eam rem conducentia. Dicit enim beatus Augustinus in libro de spiritu et anima. Humana opinio dicit qd̄ quadam arte et potestate demonum homines conuerti possunt in lupos et iumenta. et portare queq; necessaria. postq; peracta opera iterum ad se redire. nec bestialem mentem in eis fieri sed rationalem humanamq; seruare. Hoc intelligendum est q̄ demones quidem naturam non creant. Sed solum aliquid tale facere possunt vt videantur eē qd̄ non est. Hec Augustinus. Ecce ergo q̄ Augustinus concepit qd̄ aliquid tale facere possunt. **S**igmundus Sed subdit vt videantur esse q̄ non est. **U**lricus
c i

De hoc lactus in solutione finali dicimus Insuper Augu-
stinus in libro: xvij. de civitate dei ait. de ludificationibus
demonum quid dicemus nisi de medio Babilonis esse fugi-
endum quanto enim in hec yma maiorem potestatem demo-
num videmus. tanto tenacius mediatori inherendum. per
quem de ymis ad summa conscendimus Nam cum essemus
in italia audiebamus talia de quadam regione illarum par-
tium. vbi stabularias mulieres imburas his artibus i caseo
dare solere dicebant quibus vellet. seu possent viatoribus
vnde in iumenta illico verterentur et necessaria queq; por-
tarent. postq; perfuncta opera ad se redirent. nec in eis vitas
bestialem fieri Sed rationalem servari hec Augustinus
Sigismundus Sic Augustinus loquitur de au-
dito alieno dicens se a quibusdam recitatoribus audivisse
vnde dicitur Augustini in hoc nihil. concludit quia testis
de auditu alieno loquens non probat **U**lricus Sa-
pienter loqueris. attamen audiamus ppinquiora Vincen-
tius in speculo naturali libro tercio. capi. cix. refert cuius ver-
ba hec. refert guilhelmus malmesberiensis monachus in hi-
storia sua. q. tempore Petri Damiani fuerunt due verule in
strata publica quas Augustinus appellat stabularias. id e-
traneantes ad hospicia pro mercede suscipientes Nam sta-
bularium proprie hospicium venale et publicum dicitur. hec
vno comorantes tugurio. vno quoq; imbuta maleficio. ho-
spites si quando superveniebat solus in equum vel suam v-
asinum mutabant. et mercatores vendentes precium ha-
bebant Quadam die iuvene histrionico gestibus victum ex-
igentem hospicio susceperunt. susceptumq; asinum fecerunt.
multum inde lucrantes per asinum scilicet qui miraculo ge-
stium destinabat transeuntes Nam quocunq; modo anas
precepisset movebatur Non enim auiserat intellectum sed
loquelam multum inde questum constauerant vetule Au-
diens hoc vicinus dives. asinum emit magno precio Dicitur
quoq; est ei ab illis verulis vt custodirent eum. ne in aquam

intraret. seruatusq; asinus diu ab aqua. tandem in cautioze
 nactus custodiam in lacum proximam se piccit et ibi se diu
 volutans asinam figuram perdidit. propriamq; recepit.
 Cuiusq; custos eius recessitaretur ab eodem obuio. si asinum
 vidisset. ille se esse dixit famulus ad dominum retulit domi
 nus apostolicum leonem virum seculo sanctissimum Consi
 cte anno idem fatentur Dubitantem papam confirmavit pe
 trus Damianus vir eruditissimus. producto exemplo de Si
 mone mago qui faustianum videri fecit in figura Simonis
 Ecce ergo q; Petrus Damianus vir et doctor magne aucto
 ritatis apud papam conclusit hoc fieri potuisse. Sig
 mundus Tantis historijs et auctoritatibus me impel lis
 vt nesciam quorsum tandem me vertam. Ulricus
 In fine latius sequamur de hoc

Utrum pficiantur ad conuiuia
 sup baculu vel lupu equitando.



Sigmundus Ulterius quero: vtrum super baculū pinguedine quadam vinctū. aut super lupum vel aliud animal mal possint tales mulieres maledicte equitare. Et an dyabolus possit eas deferre de loco ad locum vt bibant et conuiuia celebrent. seqz mutuo cognoscant atqz delectentur.

Ulricus Audienda est tua opinio benigne archedux. **Sigmundus** Venimus q̄ dyabolus spiritus est incorporealis qui non habet manus neqz pedes. nec etiaz alas. qui etiam non comensuratur loco. quomodo igitur hominem qui corporeus est portare posset. **Amradus** forte spiritus ingrediuntur aliqua corpora et assumunt sibi talia ad opus illud qd̄ facere volunt. atqz tunc in illis corporibus efficiunt id quod volunt. Nam in sacra scriptura legimus Daniel. vltimo. q̄ angelus domini apprehendit Abacuckin vertice eius et portauit eum in capillo capitis sui. et posuit eum in babilonem. Ecce quāuis angeli spiritus sint. et non habeant manus neqz pedes. tamē concludendū est q̄ angelus corpus assumpserit quo Abacuck capillis tenere et portare potuit. Sic actū apl̄oz viij. legitur. q̄ spiritus domini rapuit philippum. et inuentus est in azoto.

Sigmundus Hoc in spiritibus et angelis bonis posset concedi in quibus maior est potestas. **Ulricus** loquamur ergo de malis et sic de dyabolo. Nam in legenda sancti Jacobi legitur q̄ dyabolus hermoginem constrinxit et ligatis manibus eipedibus eundem ad sanctum Jacobū detulit. **Amradus** Referam autem ego q̄ temporibus nostris quibus adhuc iuvenes et mutuo in scientijs humanitatis conuicti sumus accidit. ante enim lapsum multoz annoz vidi ego in iudicio prouinciali ciuitatis Constantiensis duos mutuo ligantes vbi accusator in forma iuris seip̄ scribens contra quendam rusticū quē maleficū asseruit. ac rōz proposuit. quō idē rusticus sup̄ lupū quendam equitatem obuiam accusatori venerit. quo obuiate ip̄e accusator subito tractatus mebris laquidus factus fuerit. itaqz rogare eo maleficū vt sciret

sibi restitueret amuerit maleficus qui abiens rem aliquan-
tulum rem poris tacitus continuit Verum quia idem rusticus
etiam alijs suo maleficio damna intulisse dicebatur. vñ
tandem accusator eundem publice in figura iudicij accusa-
uit Sigmundus Quid ad huiusmodi accusationem ru-
sticus rñdit? Cunradus negauit ille. Sigmundus
ad torturam fuit ne positus? Cunradus No Sigmundus
Quomodo igitur conuicti potuit? Cunradus p
testes Sigmundus Quid de posuerit testes? Cun-
radus Ipse talia facere sciuisset Sigmundus Scire
nanqz reprehendi non potest cum iuxta Aristotile omēs ho-
mines naturaliter scire desiderat? Cunradus Subiun-
xerunt nanqz testes eundem rusticum non solum talia face-
re sciuisset. sed etia fecisset Sigmundus Quā nanqz cau-
sam dicti allegarunt testes Cunradus Asseruerunt per
eorundem iuramenta publice prescisa qd ipse rusticus male-
ficus etiam ipsos testes in corpore et rebus damnificauerit
Sigmundus Datus ne fuerat ipsi accusato orator ad de-
fendendū? Ulricus Aregotali iudicio affuit et illd euz
grauitate et maturitate fieri vidi. ipas etiam pres duos ma-
gne eloquentie viros prelocutores habuisse memini Sig-
mundus Qui nanqz hñ fuerunt? Ulricus Cunradū
quondam schartz p̄rem nostri condisputantes. ac Ulricum
quondam blarer nostre ciuitatis pretores. viros rememora-
tione dignos pro oratoribus habuerunt Sigmundus
Nouit illos et prudentes censuit? Cunradus Ordina-
rio itaqz iudicio ex dictis testium ipsum accusatum comi-
etum condemnari condēnatūqz concremari vidit? Sig-
mundus Questio iste aliam etiam particulam cōtinet vi-
delicet. qd huiusmodi mulieres quādoqz conueniant. mutuo
qz confabulentur. et bibant et se inuicē agnoscat? Cun-
radus Sic fieri solere vulgus clamat. ipseqz mulieres ta-
lia confitentur. et propinqua iudicia confessionis assignant
Sigmundus Nōne ait canon in capi. episcopi. xxvi:

94
q. v. vbi textus. Illud etiam non omittendum est q̄ quedam
mulieres scelerate retro post sathanam conuerse demonum
illusionibus. et fantasmaticis seducte credunt se et profite-
tur cum dyana nocturnis horis dea paganorum. et cum he-
rodia de. et innumera multitudine mulierum equitare sup̄
quasdam bestias et multa terrarum spacia intempeste nocte
silentio pertransire eius illusionibus obedire. veluti domine
et certis noctibus ad eius seruitium euocari Sed vtinam he-
sole in perfidia p̄issent et non multas secum ad infidelita-
tis interitum prouocassent. Nam innumera multitudo hac fal-
sa opinione decepta vera hec esse credit. et credendo a recta
fide deuia et errore paganorum inuoluitur. Lunradus
Si itaqz iuxta verba canonis opinione decipiuntur. vnde
igitur prouenit. q̄ ipse mulieres ex alijs ciuitatibus homi-
nes noscunt. quos etiam conuiuio interfuisse asserunt et in-
dita cognitionis sue ostendunt. quos tamen prius nunquam
viderunt: neqz in huiusmodi ciuitatibus cum talibus prius
conuersate fuerunt. Ulricus Hanc instantiam et si vr-
geri videatur tū prope finem huius tractatus exemplo san-
cti Germani soluemus. Sigmuudus Querendum
insuper fore existimo

Utrū dyabolus in forma hoīs
apparere et cū hmoi maledicis
mulierib⁹ incubādo possit p̄misceri
b iij



Cunradus Nemo dubitat quin **D**yaabolus in forma hominis apparere possit. Nam in legenda sancti **M**artini legitur. qd cum **M**artinus mediolanum preterisset. **D**yaabolus in humana specie sibi obuius fuit. Sic in legenda sancti **A**nthonij legitur qd **D**yaabolus in specie pueri nigri prostratus apparuit. Item in legenda sancti **E**ulogij legitur qd **D**yaabolus in specie pulcre mulieris eundem apud fabricam suam alloquebatur. **D**e **S**aluatore quoq; nostro. **M**arbei quarto legitur. qd assumpsit eum **D**yaabolus. et statuit eum super pinaculum templi. &c. Unde in hanc partem assentior. qd **D**yaabolus in specie humana possit cum hominibus apparere. et cum eis conuersari. Legitur enim qd **P**lato demone domestico quasi famulo vsus sit. **S**igmundus Sed quid de alia parte questionis an demones possint cum talibus mulieribus dormire et coire cum eis. **C**unradus **H**oc namq; mulieres confitentur qd incubo commisceantur. et quasi ab amatoribus tractentur. **S**igmundus **V**ana mulierum opinio multa garulatur. que vera fore putatur. **C**unradus **P**rofecto quando qd perseverant in huiusmodi eorum confessione. etiam cum ad mortem ducuntur. et nihil aliud vident qd mori vident esse. **V**erum tamen audiamus gesta aliorum magis auctore fabilia. Legitur enim hystoria sancti **B**ernardi qd quidam demon siue incubus pluribus annis cum quadam muliere dormiuit. etiam marito mulieris in eodem lecto condormiente. attamen hoc nephas ignorante. Itaq; tandem mulier penitentia ducta volens deinceps licentare et expellere incubum. verum non potuit. **U**nde beato **B**ernardo conquerens qui ipsum demonem ardentibus candelis excommunicauit. **A**c vt sic eundem a dicta muliere effugiuit. Item beatus **A**ugustinus in quindecimo libro de ciuitate dei ait. creberissima fama est. multiq; experti sunt. vel ab illis qui expertos se audisse affirmant. siluanos atq; faunos quos vulgo incubos vocant improbos sepe mulieribus extitisse. & eas appetisse.

et peregrisse concubitum Item in historijs aeturi regis britan-
tante sepius leguntur huiusmodi accidisse. Sigmundus
Quid igitur responderetur ad auctoritatem Cassiani
qui ait. Nullo ergo modo credendum est spirituales natu-
ras cum feminis carnaliter coire posse. Nam si hoc aliquan-
do posset fieri: quomodo nunc vel nunquam vel raro videre-
mus aliquos ex eorum concubitu de mulieribus absque viri-
li semine nasci. cum praesertim constet eas libidinum sordidi-
bus ad modum delectari. quas procul dubio. per semetip-
sas potius quam hominibus exercere mallent Si illud villo mo-
do effici posset. Nec ille. Ulricus Nec auctori-
tas inducit nos ad aliam questionem: an videlicet ex coitu
demonum cum mulieribus parato possint nasci puer

An ex coitu demonum cum
mulieribus parato pos-
sint nasci puer.

Cunradus Tritum est sermone proverbum ex hu-
iusmodi concubito filios natos esse. quos vulgus abiectos
nominat. qui etiam alamanico ydeomate Wechselbalg ap-
pellantur: vnde fabularur a quadam Melesina incuba. que
cuidam comiti adhesisse dicitur. pluresque filios ex ea natos
fuisse At vnumqueque huiusmodi filiorum aliquid prodigij
in membris habuisse Illum namque tres oculos. alium den-
tes aprinos contraxisse fama. Sigmundus fabula
hec ab incerto autore orta fidem non facit Cunradus
Apud vincencium in libro historiali. xxi. li. ca. xxx. narratur
quod wortigernus rex consilio invito cum sapientibus quid age-
re deberet ad futurum. consilio autem capro iussit conue-
niri artifices. ut ei turrim fortissimam construerent Sed cum
opa eorum tellus absorberet. suavisum regi ut hominem sine pre-
tererit et eius sanguine lapides et cementum aspergi precepit qui hoc fecit
cementum stare potuisset. inuenit igitur adolescens cui nomen erat

merlinus . qui cū mīre sua adducitur corā rege . que professa
 est de spirītu in specie hominis illum . concepisse Merlinus
 autem multa obscura reuelauit . multa prædixit futura . Ape
 ruit enim sub fundamento esse lacum . sub lacu duos latere
 dracones . quod unū vnus rubeus populū britonū . alter
 vero albus . saronū designaret . et quis in conflictu suo alter
 vinceret prædixit . et Aureliū Ambrosiū de uictorio Ben
 gisto et cōbusto wortigerno regnaturum . Ex illa enim hīsto
 ria habes Merlinum ex incubo dyabolum genitum . Item
 et de illo Merlino beatus Augustinus et ceteri doctores
 faciunt mentionem . **Sigmund⁹** Quid igit sentīūt
 de Merlino doctores . **Ulric⁹** prope finē tractatus
 latius explicabitur nunc d̄ illa particula incuboz amplius
 progrediamur . **Glosa** ordinaria super sexto capitulo . **Gen:**
 pmo libro . vbi textus ait . gigantes autē erant sup̄ terram in
 diebus illis . post quā enim ingressi sunt filij dei ad filias ho
 minum . illeq; genuerunt isti sunt parentes a seculo et viri isa
 mosi . hec textus . **Glosa** autem de super dicit . Non est incre
 dibile ab hominibus non ab angelis vel quibusdam demoni
 bus . qui mulieribus sunt imp̄ . obicius in eodē homines eē pro
 creatos . quia post diluuium corpora non solum virorum sed
 et mulierum incredibili magnitudine extiterunt . hec **glosa** .
Sigmund⁹ Admirabilis hec foret **glosa** si dyabol⁹ pos
 set procreare pueros . **Ulricus** Iosephus indeoz no
 bilis princeps . vir vtriq; multarū rerū disertus . quē etiā
 Hieronimus laudibus effert hoc idē super illum passus
 scribens asserit illos ex concubitu spūm incuboz cū mulierib⁹
 patrato natos fuisse . **Lunrad⁹** Adducā etem p̄ pin
 quiores hīstorias . **Sanfridus** anthiofidorus scribit prout
 eundem **Vincētius** in naturali libro tercio recitat . dicens
 quomodo quidam decanus sacerdotum cum sorore ducis
Burgundie regi cīcīlie rogerio desponsata aliquā diū re
 gnū est inhabitans ibi certissime comparit . qd̄ narrabat
 inuenis quidam strenuus . et natandi arte p̄itus circa cre

pusculum noctis lucente luna in mari balneans mulierem
post se negantem per crines apprehendit. tanquam unum ex so-
cijs qui eum vellet mergere. eamque alloquens nullum ver-
bum extorquere potuit. operamque pallio in domum eam du-
xit. et tandem in vxorem solenniter accepit. Increpatus alii
quando a socio quodam quod fantasima accepisset. ex pauescens
eripuit gladium imminatus est in conspectu eiusdem mulieris
filium quem ex ea susceperat interfecturum nisi illa loquere-
tur et diceret unde esset. Que ve inquit tibi misero visilem p-
dis vxorem. dum me cogis effari. Tecum essem et tibi bene-
foret si iniunctum mihi silentium tenere permisisses. Nunc autem
deinceps me non videbis et vxor euagauit. Puer autem cre-
uit. et marinum balneum frequentare cepit. Tandem vna
dierum fantastica illa mulier coram multis eundem puerum
in eisdem fluctibus occurrentem rapuit quem si verus fuis-
set mare ad litus expellere debuisset. hec ille. **Sigmundus**
fuit igitur talis puer verus vel fantastie. **Ann-**
radus Ex historia deprehenditur. quod talis puer comedit bi-
bit ambulabat. et multis annis educatus fuit. **Ulricus**
pro quo **Merlinus** et hic puer habiti fuerint prope finem enu-
damus. nunc interim ad alias huiusce rei historias pergamus.
Sigmundus quarto libro quem **Vincencius** refert pariter nar-
rat eius verba hec sunt. in coloniensis dyocesis famosum et infa-
ne palladium rem flammis supereminet. quod inuamen nuncupa-
tur. vbi pluribus olim congregatis principibus improni-
so aduenit nauicula. quam tollo alligatam cignus trahere ar-
gentea cathena. Exinde miles iuuis et incognitus omnibus
exiit. Et cignus nauem reduxit. Miles postea vxorem du-
xit et liberos procreauit. Tandem in eodem pallatio residens
et cignum inspiciebat aduentantem cum eadem nauicula et
cathena statim in nauem se recepit et ulterius non com-
paruit. progenies autem eius usque hodie perseverat. hec hemilia
Sigmundus Quamquam huiusmodi historiae autores

graues sint. graue tamen non minus est credere talia facta
 fuisse et si facta. quomodo talia intelligenda veniant. Et tamen
 quia dicis te in sine huiusmodi dubia pro tua capacitate re/
 soluere quantum possis velle. ideo ad vltiorē questionē
 progredior. Videlicet. vtrum **S**trige et malefice possint fu/
 tura predicere et secreta principū cōsilia reuelare. **L**um
 radus. Audimus q̄ **M**erlinus multa futura predixit q̄
 etiam facta sunt prout ex hystorijs deprehendimus. Item
 nonne **B**alaam vt restatur scriptura ariolus fuit. et tamen
 multa futura predixit. Item nonne dyabolus in specie **S**a/
 muelis ad pronocationem phitonice mulieris predixit saul
 et omnem eius familiam in bello casurum qd̄ factum fuit vt
 dicitur Regum primo. cecidit enim **S**aul et **I**onathas fili/
 us eius et familia sua in bello et mortui sunt. **S**igmū
 dus. Nonne futurozū cognitor solus est deus secretorū
 qz̄ inspector qui est prima causa et primus motor omnium.
Ulricus. Est namqz. sed nihilominus tamen dyabo/
 lus futura predicere potest. Videm⁹ enim q̄ medici et astro/
 logi et alij sapienter homines sepe futura prenoscant.
Sigmundus. Quāvis futura predicunt. tamen nō
 est necesse. vt ita eueniant. vnde necessario futura predicen/
 do non concludunt. **U**lricus. Recte arguis colendis
 sine domie princeps qz̄ oīa sunt in potestate dei cui⁹ nemo
 est consiliarius nisi ipse sibi. **S**igmundus. Velle
 enim scire quomodo dyabolus futura predicere pōt. **U**lri/
 cus. Audi verba beati **A**ugustini in decreto posita: in ca/
 pitulo. Sciendum. xxxvi. q. iiij. vbi textus. Sciendum est
 hanc esse naturam demonū vt aerij corporis sensus tereno/
 rum corporū sensum facile precedant celeritate. et propter
 aerij corporis superiorē mobilitatez. non solū curius quo/
 rumlibet hominū vel ferarum. verum etiam volatus auiz
 incomparabiliter vincunt. quibus duabus rebus quantum
 ad aerium corpus attinet predicti. hoc est acrimonia sensus
 et celeritate motus. multa ante cogitata pronunciant. q̄ ho/
 mines p̄ sensus terreni tarditate mirentur. Accessit et de

moribus per tam longum tempus. quo eorum vita proten/
ditur rerum longe maior experientia. quā potest hominibus
propter breuitatem vite peruenire. per has efficacias. quas
aerq̄ corporis natura sortita est non solum multa futura p̄/
dicunt demones verum etiam multa faciunt. que q̄m homi/
nes dicere aut facere non possunt. eos dignos quibus serui/
ant. et quibus honores diuinos deferant arbitrantur. insti/
gare maxime vicē curiositatis p̄pter amorē felicitatis fal/
se atq̄ terrene. et excellentie temporalis. Nunc quia de diuī/
natione demonum questio est. Primum sciendum est illos
ea plerumq̄ prenunciare que ipsi facturi sunt. Accipiūt em̄
sepe potestatem et morbos immittere et ipsum aerem viciā/
do morbidum reddere et perueris et amatoribus terrenorū
commodorum malefacta suadere de quorum moribus certi
sunt. q̄d eis talia suadentibus consensuri sunt. Suadentibus
miris et inuisibilibus modis. per illam subtilitatem corpora
hominum non sentientium penetrando. et se cogitationibus
eorum per quedam ymaginaria iussa miscendo. siue vigilan/
tium siue dormientium. Aliquādo autē non nunquā ipsi faci/
unt. Sed que naturalibus signis futura prenoscunt. que in
hoim sensū venire non possunt ante predicunt. neq̄ enim q̄/
preuidet medicus: q̄d preuidere nescit. huius artis ignar⁹.
Ideo tñ diuinus habendus est. Quid autē mirum Si que
admodū ille corporis humani perturbata vel mortificata tem/
perie seu bonas seu malas futuras p̄uidet valitudines. Sic
demones in aeris affectione sibi notas. nobis ignoras futu/
ras preuident tempestates. Aliquādo etiam hominum dis/
positiones non solum voce prolatas. verū etiam cogitatioe
cum signis quedam ex animo exprimuntur. in corpore tota
facilitate predicūt. atq̄ hinc etiam multa futura p̄nunciat
alijs vicē mira q̄ ista disposita ignorarūt. Nec Augustinus
Sigmund⁹. Et si igne ipis credendū. Ulric⁹
prorsus nō. Sigmund⁹. Quare Ulric⁹ qm̄ ipsi etiā
demones qm̄ fallūt et hoies fallūt et scipiūt. Sigmund⁹
dus. Da exēplū vbi fallūt. Ulric⁹. Acit in legenda

sanctorum Simonis et Jude. quod cum Wardach princeps regis babiloniorum aduersus regem indorum bello decerta-
 re uellet. magos et Ariolos consuluit. ut super euentu belli.
 responsa ab ydolis et demonibus reciperet. ac demones re-
 sponderunt et predixerunt grande bellum futurum fore. et
 ex utraque parte interfici preliantes. Postquam itaque Warda-
 ch hec audiuit in tristitiam incidit. Apostolis autem Simo-
 nis et Jude in risum excitatis. ait dux me timor inuasit: vos
 autem ridetis. Dicunt apostoli cesset timor tuus: nobiscum
 pax intrauit istam prouintiam. hodie intermitte profectio-
 nem. et cras hora tertia uenient. quos premisisti cum lega-
 tis indorum qui pace vestre ad quascunq; conditiones gra-
 tanter consentientes pactum firmissimum stabiliunt. Sic
 mihi modo arioli riserunt dicentes duci. Noli domine homi-
 nibus illis credere mendacibus aduenis et ignotis qui ideo
 aliqua loquuntur ne exploratores teneantur. Illi dum qui nu-
 quam fallunt. dederunt tibi responsum. ut cautus et sollicitus
 sis. quid multa crastino die uenerunt nuncij qui missi fuerant
 et nunciauerunt ita esse prout apostoli dixerunt: Ecce quod
 demones falsi extiterunt. et mendacia predixerunt. et pen-
 dubio ipsi demones. si potuissent. et sciuisset libenter uera
 responsa dedissent. cum illud mendacium. Illidem demoni-
 bus in preiudicium tetendit. Sed quia futura ignorabant.
 ideo se ipsos fefellerunt. Sic itaque habes quod etiam ipsi demo-
 nes met falluntur. Sed istud notandum est. quod cum ipsi de-
 mones dubitant de euentu eorum que predicunt. quid igitur
 faciunt cum dubitant. ait Augustinus in dicto capitulo scien-
 dum. Sed ne inquit apud cultores suos pondus auctorita-
 tis amittant. id agunt ut interpretibus suis signorum suo-
 rum coniectatoribus culpa tribuatur. quando ipsi decepti fue-
 rint vel mentiri. Hec Augustinus. ¶ Sigmundus
 pone exemplum. ¶ Ulricus Legitur de quodam pri-
 cipe qui aduersus romanos pugnare uolens deos suos. id
 est demones et ariolos super uictoria consuluit qui euentum belli
 ignorantes ut tamen aliquid ruderet ne futura ignorare arbitrarerent.

dixerunt romanos te vincere certum habere. potest autem ac-
cusatus ille te varijs modis costruere. ita ut si ipse dixit roma-
nos vicisset consonum responsioni fuisse. Si vero a romanis
victus fuisset responsioni imputari demonibus non potuis-
set. Unde igitur ambigua obscuritate responsa solent dare.
Item sepe etiam pro sua eorum voluntate fallunt. et menda-
cia dicunt. quoniam pleni sunt invidia. et gaudent dum ho-
mines in errorem mittunt. et decipiunt. Unde periculosum
est eisdem credere. quoniam nescit homo. quando ipsi fallu-
tur. vel fallere pro eorum consuetudine nos volunt. Sic ita
quod clementissime princeps habes quando ipsi secreta scire et
futura predicere possunt. Et quod fides in eorum dictis po-
nenda non est. quia in eis non est veritas. ¶ Sigmundus
Satis iam satis dubiorum nostrorum occasione vos hinc
inde allegantes audivimus. nunc nostri propositi mensi-
nem determinationis appetit. quid igitur tu sentias placet
ut detegat. ¶ Utrius Que igitur dubia resoluti cupis

An possint provocare demo-
nes grandines et tonitrua



c 1

Sigmundus Utrum igitur demones et homines ministerio demonum possint turbare aerem prouocare gra-
dines nocere terre atq; hominibus morbosq; inferre. et seu
hominem sterilem facere. **U**lricus Dico q non pos-
sunt. nisi quando. et quibus. ac in quantum. a deo ex causa ma-
iestatem suam monente eisdem conceditur. **S**igmundus
Super prius deductis: Insuper Iohanes damascenus. li.
ij. ait. non habent demones virtutes aduersus aliquem nisi
a deo dispensante concedatur. sicut in Job. et in porcia. per-
missione vero dei facta. et fortitudinem habent. et transmu-
tantur. et transfigurantur in quacunq; volunt figuram om-
nium ymaginem id est fantasiam: Item Gregorius in Dialogo.
libro. iij. ait. absq; omnipotentis dei concessione nulla habet
potestatem contra hominem malignus spiritus. qui etiam in
porcos transire non potuit. nisi permissus. **S**igmundus
Quid est hoc dicere in porcos transire non potuit.
Ulricus In euangelio legitur q cum christus de-
moniacum curasset. et multas legiones demonum ab eo eie-
cisset petierunt demones licentiam a domino vt porcos in-
gredi possent. qua data intrauerunt porcos et in mare irue-
runt. etc. Ecce q demones non audebant porcos intrare. et
eos molestare. nisi prius a deo obtenta licentia. **S**ig-
mundus Cognosco itaq; qd cum eisdem a deo permis-
sum fuerit. q ex tunc nocere possunt. **U**lricus Re-
cte cognoscis. vnde ait Hieronimus super psalmum. xxxij.
Itaq; de quibusdam in psalmo dicitur. fiat angelus domi-
ni. persequens eos. id est dyabolus. seu spiritus malus. quia
dominus creauit illu. et in sua habet potestate. Ecce ex hoc
habet q sepe deus concedit dyabolo vt persequatur homi-
nes. Item beatus Augustinus de diuinatione demonum.
ait. accipiunt autem sepe potestatem. et morbos immittere
et aerem vicando morbidum reddere. et peruersis malefa-

113
etiā suadere. Nam beatus Augustinus in libro de trinitate
ij. ait: Ex ineffabili autem dei potentatu fit q̄ possent in a/
li angeli. si p̄mitterent. ideo vero non possunt. quia non per/
mittuntur. ¶ Sigmundus cum autem demonibus ta/
lia facere a deo permittitur. possunt ne tunc pro eorum libi/
to facere. quantum volunt. ¶ Ulrichs! Non. nisi tan/
tum. quantum eis facere permittitur. et ideo Augustinus
eodem loco in libro de trinitate ait. ideo non possunt.
quia non permittuntur. Subiungit etiam dicens. neq̄ em̄
alia occurrit ratio: cur magi non potuerunt facere ciniphes.
qui ranas serpentesq̄ fecerunt nisi quia maior aderat probi/
bentis dei dominatio. per spiritum sanctum. qd̄ etiam magi
confessi sunt dicentes. digitus dei est hic rē. prout Geo. ca/
pitulo .vij. dicitur. Unde Johannes Chrysostomus super
Matheum libro primo ait. homines autem non quantum
vult temptat dyabolus. quoniam quantum ad se nunquam
cessaret a temptatione. neq̄ enim habet alium actum. non
enim manducat. nec dormit. nec aliud operatur. nisi vt ten/
ter: fallat. et subvertat. hic cibus illius est. Ecce ergo q̄ Jo/
hānes Chrysostomus dicit non quantum vult rē. temptat rē.
Unde in libro. ij. sententiarū distin. vij. Petrus Lombardus
ait: Demonum autem scientia ac virtute exercentur eti/
am artes magicę quibus tamen tam potestas q̄m scientia
a deo data est. vel ad fallendū fallaces sicut egyptios. et eti/
am in ipsos magos data est. vt eorundem spirituum opera/
tione viderentur admirandi. a quibus erant damnādi. vel
ad monendū fideles. ne tale quid facere pro magno desi/
derent. vel ad exercendū seu probandū iustorum paciē/
tiam. Nec pyrāndum est demonibus hanc rerum visū illūz
materiam ad nutum seruire. sed deo potius. a quo hec pote/
stas datur. ¶ Sigmundus Nunc si possibile foret de/
ducere. cuperem scire quando deus gloriosus demonibus
concedat et permittat nocere terre et hominibus. ac subuer/
tere aërem et aquas rē. ¶ Ulrichs Grauis ē hec

questio quis enim nouit dei voluntatē. vii de clamauit apo-
stolus Paulus ad romanos. xi. **D**altiludo diuitiarum sa-
pientie et scientie dei. qm incomprehensibilia sunt iudicia
dei et inuestigabiles vie eius. quis enim cognouit sensus do-
mini. aut quis consiliarius eius fuit. aut quis prior dedit il-
li et retribuetur ei. **S**igmundus Et si arcana cunc-
ta dei inuestigare non liceat. loquamur tamen quantum no-
bis ab alto de gratia conceditur. **U**lricus Dico
itaqz. q sepe numero acris perturbacionem tempestates to-
nitrua et alia absqz ministerio demonum posse fieri. ex dispo-
sitione naturali planetarumqz motu. diuina bonitate astra
cur sus suos agere permittente. et de illis causis sacis philo-
sophi tractant. prout Aristotiles in libris meteororū scri-
bit. **S**igmundus De hoc non est dubium: quin na-
turali motu talia fieri possint Sed questio est quando dya-
bolo concedatur hec faciendi potestas. **U**lricus
Misericordissimus dominus deus qui singula sua p̄ssu-
sima prouidentia ob utilitatem hominum disponit. quando
qz talia permittit. in penam correctionis peccatorum. quā-
doqz in tentacionem augmentandorum meritorum. quādo
qz in prodigium future gratiarum actionis. **S**igmū-
dus Quomodo igit deus peccata in hoc punit. **U**-
lricus Quandoqz scienter. qnqz ignoranter. **S**ig-
mundus Quomodo scienter. **U**lricus Ut cum
homines puniuntur manifeste. scienter aspiciunt propter de-
licta se punitos fuisse. Sic cognouerunt homines in Sodo-
me et Gomorre subuersione. se ob peccata eorum punitos
fuisse Sic etiā cum cunctis uidentibus Abyron et Daran
terra absorbnit. **S**igmundus Sed quomodo
ignoranter. **U**lricus Hic punctus respicit presen-
tem materiam. ignoranter itaqz. quandoqz deus punit pec-
catum per angelum: quandoqz per hominem. quandoqz p̄
dyabolum. **S**igmundus prebe ubi per ange-
lum correxit. **U**lricus Dicitur enim **Maic. xxxvii.**

104
am Sennacherib venisset ad obsidendum hierusalē egres-
sus est angelus domi et percussit in castris centum et octua-
ginta quinque milia viroꝝ. ecce itaq; qđ deus per angeluz
suum punit superbiam assirioꝝ tot milia eorundem oc-
cidendo Sic etiam duriciam pharaonis et egyptioꝝ pu-
nit per angelum omnia primogenita egypti interficiendo.
Sigmundus Quomodo autem punit per homines
Ulricus Exempla plura habes i capitulo remittit.
xxij. q. v. in ver. hinc notandum ꝛc. Itaq; populus hebreoꝝ
rum per Nabuchodonosor. Item per Antiochum. Item
per Titum et vespasianum punitus est. ꝛc. Dicit enim ibi
textus Assur id est Sennacherib. erat virga furoris domi.
quia per eū innumeras gentes diuina iusticia flagellare dis-
posuit Sic attila rex hymorum flagellum dei sese nominauit
Item subiungit textus. ipse vero Assur non cognouit qz
in superbiam elatus victoriam quam assecutus fuerat. non
diuine potentie. sed suis viribus attribuit. Unde contra ei-
us superbiam loquitur dominus. nunquid gloriabitur ser-
ra contra eum qui secat. aut exaltabitur securis contra eum
qui cedit in ea. Dec textus in ca. dicto capitulo remittitur.
xxij. q. v. **S**igmundus Nunc ad terciam species. sci-
licet quomodo per dyabolum punit **U**lricus Et
hec ad materiam facit. Audiuimus enim supra in psalmo
supra prophetam dicentem. fiat angelus domini id est dya-
bolus persequens eos ꝛc. cum alijs enumeratis auctoritatibus.
et ita affligitur quandoq; peccator in corpore. quando
q; in rebus. in corpore videmus torqueri energuminos de-
moniacos et obsessos. Sic etiam videmus propter peccata
multas infirmitates homines contrahere Et ideo dixit tex-
tus in capitulo cum infirmitas de peni et remiss. vbi ait. cū
infirmitas corporalis nonnunquā ex peccato proneniat. di-
cente domino languido quē sanauerat. vade et noli ampli-
peccare. ne deterius aliqd ꝑtingat. pñti decreto statui. et ꝑ
cipim⁹ mediciꝝ corpꝝ. vt cū eos ad ifirmos vocari ꝑtingerit

ipſos ante omnia inducant et inducant vt medicos animarū
aduocent. vt poſtquā fuerit homini de ſpirituāli remedio
prouiſum. ad corporalis medicine remedium ſalubrius p/
cedat. cum ceſſante cauſa ceſſet effectus ꝛc. hec tex. Exempli
habes de Nabuchodonozor rēge babiloniorum qui propter
peccatum ſuperbi tantis calamitatibus mentis et corporis af/
fectus fuit. vt quadrupes incederet bouem ſe fore arbitra/
tus gramina comediſſe dicitur ꝛc. Unde ſuccedit tex. in ca/
pitulo Si per forciarias. xxxij. queſti. p. vbi tex. Si per for/
ciarias atq; maleficas artes occulto: Sed nunqua iniuſto
dei iudicio permittente et dyabolo preparante concubitus
non ſequitur ꝛc. Ecce canonem determinare qđ occulto dei
iudicio. procurante dyabolo. homo maleficiari poteſt Et ſic
habes. qđ deus inferendis penis vtitur dyabolo p. miniſtro:
Sigmundus Quomodo igitur malefici mulieres
aſſerunt et credant ſe ipſas talia facere. videlicet turbare ae/
rem. procreare tempeſtates. morbos inferre hominibus
Ulricus Ipe duntaxat pro earūdem ſtulticia ſe ta/
lia facere credunt. et tamen ſua credulitate decipiuntur.
Sigmundus vt quomodo **U**lricus Nam
cū vt dyabolus ex motu elementorum cognoscit mutationē
aeris et tempeſtates fieri debere. quas tamen ipſe dyabolus
vt ſupra diximus faciliꝝ et citius qm homo preſcire poterit
Uel cum diuina permiſſione aliqua plaga et peccatorū cor/
rectio: ſuper terrā iuſto dei iudicio cadere debet. cuius qui/
dem plage et correctionis ipſe executor diuina prouidētia
deputatur. ita vt huiusmodi plagam prenoſcit futuram. et
tunc comouet mentes huiusmodi maleficarum mulierum.
aliquando eiſdem perſuadendo. aliquando ob inuidiam:
quā tales ſcelerata mulieres aduerſus proximū gerunt in
vindictam mouendo. eaſdem ſolicitat. quaſi ipſas mulieres
doceat. huiusmodi tempeſtates et aeris turbationes prouo/
care. **S**igmundus Quid faciendum igitur eaſdem
docet. aut quomodo ipſas inſtruit vt ipſe mulieres huius/
modi inuēditates prouocent et ſuo maleficio perficiant.

Ulricus Consultit et docet eas aliquid stultum et factum facere. Et quod ad huiusmodi factum nihil pertinet.

Sigmundus Si stultum, quid igitur eos docet: vnde nanque provenit: quod postquam mulieres huiusmodi documenta sequuntur, pro earundem voluntate tales tempestates succedunt: et eveniunt.

Ulricus Ecce cum dyabolus preuidit vel ex cursu nature, et elementorum, vel ex permissione divina super aliquam terram plagam infigere debere sibi quod potestatem faciendi concessam esse: et sic huiusmodi eventum alias futurum fore nihilominus tamen ut mulieres huiusmodi scelerate credant se ex doctrina dyaboli talia efficere: dyabolus instruit easdem, ut quandoque accipiant lapides silicis, et versus occidentem post tergum projiciant, aliquando ut arenam aque torrentis in aerem projiciant, aliquando quod in una olla pilos porcorum buliant, aliquando quod trabes vel ligna in ripas transversaliter collocent, et sic de alijs fatuitatibus, et tamen talibus faciendis communiter dyabolus prefigit eis diem et horam: vnde fatue huiusmodi mulieres dyaboli doctrine credentes: talia et alia his similia faciunt. Ita quod postquam ipse talia fecerunt, at succedentibus tempestatibus grandinibus et alijs incommoditatibus quas dyabolus alias in tali tempore novit, ut premissum est, profuturas, et tunc credunt ille scelerate fatue mulieres eventus huiusmodi ex facto eorum processisse, cum tamen talia eorum facta non possent unquam guerram provocare: verum ex post ipse huiusmodi mulieres gratificantur dyabolo adorantes eum, et imolantes ei, ac locustomata vel quid aliud eidem offerentes.

Nam quis tam ebes mentis est, qui credere posset, quod ex huiusmodi fatuitate et mulierum stulta operatione, una tamen mensa spera aeris, et alia elementa deberent commoveri, in tantum, ut grandines et fulmina provocarentur.

Sigmundus Sed quid ad hoc dicis: videmus nanque unam totam sepe terram periclitari, in qua non omnes homines deliquerunt.

Ulricus Sepe iustus perit cum impio. Sic etiam quis puniatur pro alio. Nam genesis tercio legitur, quod

dum Sodoma & Gomorra propter peccatum submersæ fu-
erunt. certe pariter aliæ ciuitates cum eis perierunt propter
vicinitatē vt Segor et Jigor. et tamē hee ciuitates nō pec-
cauerunt. Sic regum secundo videmus dum Dauid coram
domino populum numerando peccasset. quod propter pec-
catum Dauid. et sic vnius hominis multitudo hominum.
et sic multa milia hominum perierunt & mortui sunt. Cum
autem legimus deū tam innumeram multitudine homi-
num percussisse. propter peccatum numerationis vni⁹ dum
taxat hominis. quomodo igitur punitur domin⁹ populum
propter grauiora peccata vtputa propter heresim et blas-
phemias. cum autem tales mulieres. vt ait. textus. in cap.
episcopi. xxvi. q. v. deum abnegant. et se sarbane tradūt. dya-
bolū adorantes. & sacrificia sibi offerentes. quis dubitat. qn
vna tota villa. in qua tales scelerate mulieres degunt. et tol-
lerantur. in felicior esse: & huiusmodi ruinam et diuine ma-
iestatis vltione timere habeat. ¶ Sigmundus Ulte-
mus itaq; determinacionem duarum causarum quib; dya-
bolus nouit futuras tempestates. videlicet causam motus
astrozum. et dispositionis naturalis. alteram diuine vltio-
nis seu correctionis peccatorum. Quid igitur erit cum hu-
iusmodi nocumēta probis et iustis hominibus euenerint.
¶ Ulricus Posuimus superius etiam alias vias di-
uine permissionis. videlicet. q quandoq; in temptacionem
infortiorum. obaugmentandum meritum permittit deus.
¶ Sigmundus Ostende. ¶ Ulricus Nonne
Job iustus et laudans deum erat. et tamen temptauit eum
dominus in bonis. agris. armentis. et gregibus. et exposit
in corpore. dando temptandi potestatem dyabolo qui etiā.
eum grauissimo vlcere percussit. et quia in his omnib; re-
pertus est Job paciens et humilis. vnde apud deum meru-
it. Nonne beatus Anthonius heremita vir religiosus & deo
amabilis fuit. nonne sepius a dyabolo temptatus: et graui-
ter percussus. donec quasi defecissent. Ac vt sic meritis am-
pliatur eius fuit: Legitur enim in legenda eiusdem qd

